LIBRI I. PARS IV.

DE ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ͂, HOC EST, DE SIGNIS IN GENERE.

HACTENVS *eam Medicinæ partem, quæ* ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚΗ͂ *dicitur, abſoluimus, reliquum nunc eſt, ut eam, quæ Græcis* ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ͂ *nominatur, attingamus, atq; de ea in genere tantùm, hoc eſt de fontibus ſignorum generalibus agamus. Nam ut ſalubria ſunt & inſalubria poſterioris erunt tractationis.*

- *Signum* itaq; eſt, ꝙ ſenſui oblatum in rei obſcuræ ducit cognitionem. Sumuntur autē ſigna (tanquā ex ſuis fontibus) tum ab
  - *Eſſentialibus* ſiue à cauſis conſtituentibus: uidelicet
    - *Forma*, ſeu tēperatura partium ſimilariūm, atque uel qualitatum
      - *Primarum*, hoc eſt, à
        - Calido.
        - *Frigido.*
        - Hūido.
        - *Sicco.*
      - Secundarum: & uel
        - *Tactu*: ut
          - *Mollitie.*
          - *Duritie.*
        - *Viſu*: ut Colore.
      - Atq; hęc tēperatura, ſi fuerit
        - *Tēperata*
          - *Simpliciter*
            - *Semper*
            - *Vt* plurimū
            - *Signa* optimæ conſtitutionis uocantur.
          - *In* præſentia, uel ut nunc.
          - *Signa* ſalubria nominantur.
        - *Intemperata*
          - *Manifeſtè.* Signa inſalubria dicuntur.
          - *Obſcurè.* Signa neutra nuncupantur.
    - *Materia*, ſeu
      - *Compoſitione* partium organicarum, quæ conſiſtit in
        - *Conformatione* quæ poſita eſt in
          - *Figura.*
          - *Superficie.*
          - *Meatu.*
          - *Cauitate.*
        - *Numero.*
        - *Magnitudine.*
        - *Situ.*
      - *Vnitate.*
  - *Accidentibus*: uidelicet
    - *Actionibus*
      - *Cerebri*, id eſt animalibus
        - *Principibus*: ut
          - *Imaginatione.*
          - *Ratione.*
          - *Memoria*, &c.
        - *Minus* principibus: nempe
          - *Senſitiua*
            - *Communi*: ut
              - *Somno.*
              - *Vigilia.*
            - *Propria*: ut
              - *Viſu.*
              - *Auditu.*
              - *Guſtu.*
              - *Odoratu.*
              - *Tactu.*
          - *Motiua*: ut Motu.
      - *Cordis*: nimirū
        - *Moralibus*: ut
          - *Conſtantia.*
          - *Iraſcentia.*
          - *Cunctatione.*
          - *Præcipitatione.*
          - *Audacia*, Timiditate.
          - *Lætitia*, Triſtitia, &c.
        - *Vitalibus*: ut Pulſibus arteriarum.
      - *Hepatis*: nempe
        - *Naturalibus*: ut
          - *Attractione.*
          - *Retentione.*
          - *Concoctione.*
          - *Expulſione* excrementorum
            - *Capitis*: ut
              - *Muco*
                - *Narium.*
                - *Palati.*
              - *Sordibus*
                - *Aurium.*
                - *Oculorū.*
            - *Thoracis*: ut Sputo.
            - *Alui*: ut Excretionibus.
            - *Vteri*: ut Menſtruis.
            - *Teſtium*: ut Semine.
            - *Venarum*: ut Vrinis.
            - *Cutis*: ut Sudore.
        - *Moralibus*: nimirum Appetentia uoluptatum.
    - *Paſſionibus* extrinſecis: ut
      - *Aere.*
      - *Cibo*, Crapula.
      - *Potu*, Ebrietate.
      - *Exercitatione.*
      - *Ocio*, ſeu Quiete.
      - *Somno*, Vigilia.
      - *Animi* affectibus.
      - *Repletione*, Inanitione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0276-1
DFG

DE ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ͂, HOC EST, De Intentionibus & indicationibus curatiuis, in genere.

POST ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ͂Ν *ſequitur* ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ͂, *generalem rationem intentionum & indicationum pertractans. Siquidem omnis medendi methodus per intentiones & indicationes fit. Eſt autem indicatio agendorum inſinuatio: intentio uerò, qua animus ad actionem dirigitur. Differt hæc ab indicatione, ſicut actio confuſa ab actione diſtincta.*

- *Itaque* actionem alia præſcribũt
  - *Confuſè*, & dicuntur intentiones, uel
    - *Simplices*, quæ ſumuntur à cauſis cõſtituentibus: uidelicet corpore humano
      - *Perfectè*
        - *Salubri*. Conſeruatio hic erit intentio. Nam quæ ſecundũ naturam ſunt, conſeruanda ſunt.
        - *Inſalubri*. Curatio erit intentio. Siquidem quæ præter naturã ſunt, curanda ſunt.
      - *Imperfectè* ſalubri, & inſalubri, ſcilicet neutro tũ
        - *Conualeſcente*. Refectio intentio erit.
        - *Decidente*. Preſeruatio intentio erit.
    - *Compoſita*. In corpore inſalubri, in quo morbus nondum factus eſt, ſed adhuc fit & generatur, intentio compoſita erit, Curatio eius quod iam factum eſt, & Præſeruatio eius quod futurum eſt.
  - *Minus* confuſè, ſed diſtinctè, & Indicationes appellantur, quæ actionem non ſolùm præſcribũt, ſed etiam indicant: & uel per
    - *Se*, & propriè Indicationes dicũtur. Hæ ſumuntur ab
      - *Eſſentialibus*, hoc eſt cauſis conſtituentibus, materia ſcilicet & forma, quæ quidem in corpore
        - *Sano*, conſeruationem ſui per ſimilia poſtulant. Similia enim ſimilibus ſeruantur. Quare indicant Quid ſit agendum.
        - *Aegro*, ablationem ſui per contrarium deſiderant. Quoniam contraria contrarijs curantur. Quare indicant Quid ſit agendum.
      - *Accidentibus*: uidelicet ex affectionis
        - *Qualitate*, ſumitur indicatio Quomodo ſeu quo inſtrumento ſit agendum.
        - *Quantitate*, ſumitur indicatio Quantum ſit agendum.
        - *Loco* affecto, ſumitur indicatio Vbi ſit agendum.
        - *Tempore*, ſumitur indicatio Quando ſit agendum.
    - *Accidens*, Coindicationes uocantur. hæ quoniã morbi naturã non ſequuntur, à rebus ſumuntur ſecundum naturam: & uel
      - *Cauſis* conſtituentibus. Sic ratione
        - *Materiæ* coindicat Habitus uel
          - *Macilentus*,
          - *Obeſus*.
        - *Formæ*, coindicat
          - *Temperatura* totius uel partium, quæ conſeruari ſimilibus poſtulat.
          - *Virtus*, quæ ſemper conſeruanda eſt.
      - *Accidentibus*
        - *Intrinſecis*, Sic coindicat Aetas.
        - *Extrinſecis*. Sic coindicat
          - *Aeris* conſtitutio.
          - *Regio*.
          - *Anni* tempus.
          - *Conſuetudo*.
          - *Ars* ſeu Vitę induſtria.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171132-p0277-7
DFG